

encia abiectam dixit deus tuus. Ad pun-  
ctum in modico dereliqui te: et in mise-  
rationibus magnis congregabo te. In mo-  
mento indignationis abscondi faciem  
meam parumper a te: et in misericordia se-  
piterna miseratus sum tui. dixit redemp-  
tor tuus dominus. Sicut in diebus noe istud  
est michi: cui iuravi ne inducere aquas  
ultra super terram: sic iuravi ut non iras-  
car tibi. et non merepem te. Montes  
enim commouebuntur: et colles contre-  
miscunt. Misericordia autem mea non rece-  
det: et fedus pacis mee non mouebit.

Dixit miserator tuus dominus. Paupercula  
tempestate conuulsa: absque ulla conso-  
latione. Ecce ego sternam per ordines  
lapides tuos: et fundabo te in saphy-  
ris. Et ponam iaspidem propugnacu-  
la tua: et portas tuas in lapides sculp-  
tos: et omnes terminos tuos in lapide  
desiderabiles: uniuersos filios tuos  
doctos a domino: et multitudinem pacis  
filiis tuis: et in iusticia fundaberis.  
Recede procul a calumpnia quia non  
timebis: et a pauore. quia non appro-  
pinquabit tibi. Ecce accola ueniet. qui  
non erat mecum: aduena quondam tu-  
us adiungetur tibi. Ecce ego creauit fa-  
brum sufflantem in igne prunas. et p-  
ferentem uas. in opus suum: et ego cre-  
aui interfectorem ad dispendium. Om-  
ne uas quod fictum est contra te. non  
dingetur: et omnem linguam resisten-  
tem tibi in iudicio iudicabis. Hec here-  
ditas seruorum domini: et iusticia eorum  
apud me dicit dominus.

**Q**ui sitientes uenite ad aquas: et  
qui non habetis argentum. pro-  
perate emite et comedite. Venite emi-  
te absque argento: et absque ulla commu-  
tatione. uinum et lac. Quare appen-  
ditis argentum non in pambus: et la-

bozem uestrum non in sacu nate. **A**d-  
cite audientes me. et comedite bonum:  
et delectabitur in crassitudine anima  
uestra. Inclinate auribus uestram. et ue-  
nite ad me: et uiuet anima ustra.  
Et feram uobiscum in partem sempiter-  
num: misericordias idcirco fidelis. Ec-  
ce testem populus dedit cum: ducem ac  
preceptorem gentibus. Ecce gentes quas  
nesciebas uocabis: et gentes que non  
cognouerunt te ad te current: propter  
dominum deum tuum et sanctum israhel quia  
glorificauit te.

**Q**uente dominum dum inueniri potest:  
inuoce eum dum prope est. De-  
relinquat impius uiam suam. et uir im-  
quus cogitationes suas: et reuertatur  
ad dominum et miserabitur eius: et ad domi-  
num nostrum. quia multus est ad ignoscen-  
dum. Non enim cogitationes mee cogi-  
tationes uestre. neque uie uestre uie mee.  
dicit dominus: quia sicut exaltantur celi a  
terra. sic exaltate sunt uie mee a uis  
uestris: et cogitationes mee a cogitatio-  
nibus uestris. Et quomodo descendit  
ymber. et nix de celo. et illuc ultra non  
reuertitur. sed inebriat terram. et infun-  
dit eam. et germinare eam facit. et dat  
semen ferenti. et panem comedenti. sic  
erit uerbum quod egredietur de ore  
meo: non reuertetur ad me uacuum. sed  
faciet quecumque uoluerit. et prosperabitur  
in his ad que misit illud: quia in leticia  
egrediemini. et in pace deducemini.

**H**ec dicit dominus. Custodite iudicium.  
et facite iusticiam: quia iurauit

*Handwritten marginal notes in a cursive script, likely a later addition or commentary. The text is partially obscured and difficult to decipher fully, but appears to contain references to the biblical text and possibly other scriptural passages.*



salus mea ut ueniat? et iusticia mea  
ut reueletur. Beatus uir qui facit hoc?  
et filius hominis qui apprehendet istud?  
custodiens sabbatum ne polluat illud?  
custodiens manus suas. ne faciat om-  
ne malum? et non dicat filius adue-  
ne qui adheret dño dicens. Separatio-  
ne diuidet me dñs a populo suo. Et non  
dicat eunuchus. Ecce ego lignum aridum.

**Q**uia hec dicit dñs  
eunuchus? qui custodierint sab-  
bata mea. et elegerint que uolui? et te-  
nuerint fedus meum. Dabo eis in domo  
mea. et in muris meis locum? et nomen  
meum a filiis et filiabus? nomen sem-  
pernum dabo eis. quod non peribit.  
Et filios aduene qui adherent dño.  
ut colant eum et diligant nomen eius  
ut sint eius seruos? omnem custodien-  
tem sabbatum. ne polluat illud. et te-  
nentem fedus meum? adducam eos  
in montem sanctum meum? et letifica-  
bo eos in domo orationis mee. Holocau-  
ta eorum. et in eisme eorum placebit  
mihi super altari meo? quia domus  
mea domus orationis uocabitur cum  
etis ipsi? ait dñs deus. qui congregat  
displos isrl? adhuc congregabo ad eum  
congregatos eius. Omnes bestie agri  
uenite ad deuorandum? uniuerse bestie  
saltus. Speculatores ei? regni omnes? nes-  
cierunt uniuersi canes muti non ualen-  
tes latrare? uidentes uana dormientes.  
et amantes sompna? et canes in pu-  
dentiissimi nescierunt saturitate. Ipsi  
pastores ignorauerunt intelligentia.  
Omnes in uiam suam declinauerunt?  
unusquisque ad auariciam suam. a su-  
mo usque ad nouissimum. Venite su-  
mamus uinum? et impleamur ebrri-  
tate? et erit sicut hodie. sic et cras.  
et multo amplius. Iustus perit? et

nemo est qui cogitet in corde suo. Et  
uiri misericordie colliguntur? quia nō  
est qui intelligat. A facie enim malicie  
collectus est iustus. Veniat pax? requies-  
cat in cubili suo qui ambulat in dire-  
ctione sua. Vos autem accedite huc filij  
auguraticis? semen adulteri. et forni-  
carie. Sup quem iurastis? sup quem di-  
latastis os. et eiecistis linguam? Numquid  
non uos filij scelesti. semen mendax? qui  
consolamini in dñs subter omne lignum  
frondosum immolantes paruulos in tor-  
rentibus subter imminentes petras?

In paribus torrentis. pars tua? hec est  
sors tua? et ipsis effudisti libamen? ob-  
tulisti sacrificium. Numquid super his  
non indignabor? Super montem ex-  
celsum et sublimem posuisti cubile tu-  
um. et illuc ascendisti ut immolares ho-  
stias? et post ostium. et retro postem po-  
suisti memoriale tuum? qui iuxta me  
discooperuisti? et suscepisti adulterum.  
Ostium tuum ut uiam? et peragisti eum  
eis. Dilexisti stratum eorum manu apta  
et ornasti te regio unguento et multi-  
plicasti pigmenta tua. Misisti legatos  
tuos procul? et humiliata es usque ad in-  
feros. In multitudine uie tue laborasti?  
non dixisti quiescam. Viam manus tue  
inuenisti? propterea non rogasti. Pro quo  
sollicita tuuisti? quia mentita es. et  
mei non es recte data? neque cogitasti in  
corde tuo? quia ego tacens et quasi nō  
uidens? et mei oblita es. Ego annunc-  
abo iusticiam tuam? et opa tua non pro-  
derunt tibi. Cum clamaueris liberent  
te. congregati tui? et omnes eos auferet  
uentus? tollet aura. Qui autem fiducia  
am habet mei. hereditabit terram? et  
possidebit montem scñ meum? et di-  
cam uiam facte? prebete iter? declina-  
te de semita? auferite offendicula de

Joan. Bapt. Regensap for  
Vla. Remdes och. Kim  
Dfice Gotuen  
Amo



omnis terra: sed tamen consummatione non faciam. Lugebit terra. et merebunt celi desuper: eo quod locutus sum. Cogitavi. et non penituit me: nec auersus sum ab eo. Auoce equitatis emittentis sagittam: fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt ardua: et ascenderunt rupes. Vniuerse urbes derelictae sunt: et non habitat in eis homo. Tu autem uastata quid facies? Cum uestieris te cocino: cum ornata fueris monili aureo. et pinxeris tibi oculos tuos: frustra componeris. Contempserunt te amatores tui: animam tuam querunt. Vocem enim quasi parturientis audiui: angustias ut puerpere. Vox filie syon inter mortuorum: expandentesque manus suas. Veni mihi quia defectit anima mea: propter interfectos. Circumite uias iherusalem: et aspiciate. et considerate. et querite in plateis eius: an inueniatis uirum facientem iudicium. et querentem fidem: et propicius ero ei. Quod si etiam iurauerit dominus dixerunt: et hoc falso iurabunt. Domine: oculi tui respiciunt fidem percussisti eos. et non soluerunt: atque iustitiam eos. et renouerunt: accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas super petram: et noluerunt reuerti. Ego autem dicebam. Forsitan pauperes sunt. et stulti: ignorantem uiam domini. et iudicium dei sui. **te. ii.** Ibo igitur ad optimates: et loquar eis. Ipsi enim cognouerunt uiam domini: et iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum: ruperunt uincula. Idcirco percussit eos leo de silua: lupus ad uespam uastauit eos: pardus uigilans super ciuitates eorum. Omnis qui egressus fuerit ex eis capietur: quia multiplicatae sunt preuersiones eorum: confortatae sunt auersiones eorum. Super quo propitius tibi esse po-

tero. Filij tui dereliquerunt me: et iurant in his qui non sunt dii. Saturauerunt eos et mechati sunt: et in domo meretricis luxurabantur. Et qui amatores infeminas. et emissarii facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui hinciebat. Numquid super his non uisitabo dicit dominus: et in gente tali non uisetur anima mea? Ascendite muros eius. et dissipate: consummationem autem nolite facere. Auferte paginas eius: quia non sunt domini. Preuersione enim preuancata est in me. domus israhel. et domus iuda: ait dominus. Negauerunt dominum: et dixerunt. Non est ipse: neque ueniet super nos malum: et gladium. et fames non inuenimus. **te. iii.** Prophetae fuerunt in uentum locuti: et responsum non fuerunt mihi. Hec ergo uenient illis. Hec enim dicit dominus deus exercituum. Quia locuti estis uerbum istud: ecce ego doque uerbum istud in otio tuo. magnus est populus istius ligna: et uirgibus eos. Ecce ego adducam iacobos gentem de longinquo. domus israhel. ait dominus. gentem robustam. gentem antiquam: gentem cuius ignorabis angustias. **te. iiii.** intelliges quid cooperaturus habeamus eius quasi sepulchrum patens: amuesque fortes. Et comedet segetes tuas. et panem tuum. Denotabit filios tuos. et filias tuas: comedet regem tuum. et archiepiscopum tuum. Comedet muram iherusalem. et conteret uires munitas tuas in quibus tu habes fiduciam. gladio. Verumtamen in diebus illis ait dominus: non faciam uos in consummationem. Quod si dixeritis quare fecit dominus deus noster hec omnia nobis: dices ad eos. Sicut dereliquistis me. et serulistis deo alieno in terra uestra: sic seruetis dijs alienis in terra non uestra. **te. v.** An-

te. iii.

te. ii.

te. v.



nunciate hoc domui iacob: et auditum  
facite in iuda dicentes. Audi pp̄le stulte  
qui non habes cor. qui habentes oculos  
non uidetis: et aures non auditis. Ne  
ergo non timebitis ait dominus et a fa-  
cie mea non dolebitis: qui posui are-  
nam terminum mari preceptum sem-  
piternum. quod non preteribit. Et  
commouebuntur et non poterunt: et in-  
tumescent fluctus eius: et non transibunt  
illud. Populo autem huic factum est cor  
incredulum et exasperans. Recesserunt et  
abierunt: et non dixerunt in corde suo.  
Metuimus dominum deum nostrum:  
qui dat nobis pluuiam temporaneam  
et serotinam in tempore suo: plenitudi-  
nem anime messis custodientem nobis.  
Iniquitates nostre declinauerunt hec:  
et peccata nostra prohibuerunt bonum  
a nobis: quia inuenti sunt in ipso im-  
pij infideliarum quasi aucupes laqueos  
ponentes et pedicas ad capiendos uiros.  
Sicut decipula plena ambus: sic domus  
eorum plene dolo. Ideo magnificati sunt  
et dixerunt in corde suo. Non timebitur  
et preterierunt sermoneis mori pessime.  
Causa luctu non iudicauerunt: cau-  
sam pupuli non dixerunt: et iudicium  
pauperum non iudicauerunt. Nam quod  
sup his non iustabo dicit dominus: aut  
sup gentem huiusmodi non ulciscetur  
anima mea. **le. ij.** Sapor. et mirabilia  
facta sunt in terra. Prophete pphetabant  
mendacium: et sacerdotes applaudebant  
manibus suis: et populus meus dilex-  
talia. Quid igitur fiet in nouissimo eius.  
Confortamini filij beniamin. in medio  
hierusalem: et in thecia clangite buc-  
ina: et sup bethiacarem leuata uexillum:  
quia malum usum est ab aquilone. et  
conuulso magna. Spectose et delicate  
assimilauit filiam syon. Ad eam ueniet

pastores. et greges eorum: fixerunt in ea  
tentoria in circuitu: pascet unusquisque  
eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate sup  
eam bellum: consurgite et ascendamus  
in meridie. Ne uobis quia declinauit  
dies: quia longiores facte sunt umbre ue-  
spere. Surgite et ascendamus in nocte:  
et dissipemus domos eius: quia hec dicit  
dn̄s exercituum. Cedite lignum eius: et  
fundate circa iherusalem aggerem. Hec est  
ciuitas uisitacionis: omnis calumpnia  
in medio eius. Sicut frigidam facit cister-  
na aquam suam: sic frigidam fecit mali-  
ciam suam. Iniquitas et uastitas. audie-  
tur in ea: coram me semp infirmitas et  
plaga. **le. iij.** Erudite ierlm̄ ne forte rece-  
dat anima mea a te: ne forte ponam te  
desertam: terram inhabitabilem. Hec dicit  
dn̄s exercituum. Usque ad racemum colli-  
gent quasi in uinea reliquias isrl̄. Con-  
uertere manum tuam: quasi uindictator  
ad cartallum. Cui loquar: et que con-  
testabor ut audiat: Ecce in circumcise-  
aures eorum: et audire non possunt. Et  
ut uerbum dicit factum eis in ore eorum  
et non suscipiunt illud. Ideo furor dñi  
plenus sum: laboravi sustinens. Effunde  
sup paruulum furorem: et sup conciliū  
iuuenum simul. Vir enim cum muliere  
rapietur: et senex cum pleno dierum.  
Et transibunt domus eorum ad alte-  
ros: agri et uxores pariter: quia extendā  
manum meam sup habitantes terram  
dicit dominus. A minore quippe usque  
ad maiorem. om̄s auaricie student: et  
apheta usque ad sacerdotes cuncti faciunt  
dolum: et curabant contricionem filie  
ip̄li mei cum ignominia: dicentes pax  
pax. et non erat pax. Confusi sunt quia  
ab hominationem fecerunt: quin post  
confusione non sunt confusi: et erube-  
scere nescerunt. Quam obrem cadent

Recesserunt iherusalem

et abierunt iherusalem



Et dixit dñs ad me. Noli orare p̄ p̄p̄to isto in bonum. Cum ieiunauerint non exaudiam p̄ces eorum: et si optulerint holocaustomata. et uictimas non suscipiam ea: quoniam gladio et fame. et peste. ego consumam eos. Et dixi. Aaā dñe deus. Prophete dicunt eis. Non uidebitis gladium et fames non erit in uobis: sed pacem ueram dabit uobis in loco isto. Et dixit dñs ad me. Falso p̄phete uaticinantur in nomine meo. Non misi eos. et non precepi eis: neq; locutus sum ad eos. Visionem mendacem et diuinationem fraudulentam. et seductionem cordis sui p̄phetant uobis. Idcirco hec dicit dñs de p̄phetis. qui p̄phetant in nomine meo. quos ego non misi: dicentes. gladius et fames non erit in terra hac. In gladio et fame consumentur p̄phete illi: et populi quibus p̄phetant. erunt p̄iecti in uis hierusalem. p̄re fame et gladio. et non erit qui sepeliat eos: ip̄si et uxores eorum. filij et filie eorum: et effundam sup̄ eos malum suum. Et dices ad eos uerbum istud. Deducant oculi mei lacrimas p̄ noctem et diem et non taceant: quoniam contricione magna contrita est uirgo filia iſrl̄ mei: plaga pessima uehementer. Si egressus fuero ad agros. ecce occisi gladio: et si introiero ciuitatem. ecce attenuati fame. Propheta quoq; et sacerdos: abierunt in terram quam ignorabant. Numquid p̄cians abieciſti iudam? aut syon abhominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos ita ut nulla sit sanitas? Expectauimus pacem. et non est bonum: et tempus curationis et ecce turbatio. Cognouimus dñe impietates nostras: iniquitates patrum nostrorū: quia peccauimus tibi. Ne nos des in obprobrium p̄pter nomen tuum: neq;

facias nobis contumeliam. Solū gl̄e tue recordare: ne iratum facias tuum nobiscum. Numquid sunt in sculpalibus gentium qui pluiant: aut celi possunt dare umbres? Nonne tu es dñs deus noster quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hec. Et dixit dñs ad me. Si steterit moyses et samubel. coram me: non est anima mea ad p̄p̄m istum. Eice illos a facie mea: et egrediantur. Quod si dixerint ad te. quo egrediemur: dices ad eos. Hec dicit dñs. Qui ad mortem ad mortem: et qui ad gladium ad gladium: et qui ad famem ad famem: et qui ad captiuitatem ad captiuitatem. Et uisitabo sup̄ eos quattuor species dicit dñs: gladiū ad occisionem. et canes ad lacerandum: et uolatilia celi. et bestias terre ad deuorandum. et dissipandum. Et dabo eos in feruorem uniuersis regnis terre. p̄t manassen filium ezechie regis iuda: sup̄ omnibus que fecit in hierusalem. Quis enim miserebitur tui hierusalē? Aut quis contristabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me dicit dñs: retrorsum abiisti. Et extendam manum meam sup̄ te: et interficiam te. Laboraui rogans: et dissipam eos uentilabo in portis terre. Interfeci et perdidici p̄p̄m meum: et tamen a uis suis non sunt reuersi. Multiplicate sunt michi iudice eius. supra harenam maris: induxi eis sup̄ matrem adolescentis uastatorem meridie: nisi sup̄ ciuitates repente terrorem. Infirmata est que peperit septem: et defecit anima eius: occidit ei sol. cum adhuc esset dies: confusa est et erubuit: et residuos eius in gladium dabo. in conspectu inimicorū eorum ait dñs.

**Q**uare michi. Mater mea. quare ge-



multu me. uitium ipe. uitium discordie in  
 uniuersa terra. Non feneraui. nec fenera  
 uit michi quisquam. Omnes maledicunt  
 michi. Dicit dñs. Si non reliquit tuc in bo  
 num. si non occurrit tibi in tempore affli  
 ctionis. et in tempore tribulationis ad  
 uersum inimicum. Numquid federabit  
 ferrum. ferro ab aquilone. et es. Diuisa  
 as tuas. et thesauros tuos in direptione  
 dabo gratis. in omnib' peccatis tuis. et  
 in omnib' terminis tuis. et adducam ini  
 micos tuos de terra quam nescis. quia  
 ignis succensus est in furore meo. super  
 uos ardebit. Tu scis dñe. recordare mei  
 et uisita me. et tuere me ab his qui p  
 sequuntur me. Non in paciencia tua sus  
 cipere me. scito quoniam sustinui pro  
 te obprobrium. Inuenta sunt sermone  
 tui. et comedi eos. Et factum est michi  
 uerbum tuum in gaudium et in leticia  
 cordis mei. qm in uocatum est nomen  
 tuum sup me dñe deus exercituum. Non  
 sedi in concilio ludentium. et gloratus  
 sum. a facie manus tue. Solus sedeba.  
 quoniam factus est dominus in manu mea.  
 et plaga mea desperationis remu  
 it curari. Facta est michi quasi men  
 datum a quarum infidelium. Propt  
 hoc hec dicit dñs. Si conuerteris conuer  
 tam te. et ante faciem meam stabis. Et  
 si separaueris preciosum a uili. quasi  
 os meum eis. Conuertentur ipsi ad te.  
 et tu non conuerteris ad eos. et dabo  
 te ppto huic in murum erium fortem.  
 et bellabunt aduersum te. et non pre  
 ualebunt. quia ego tecum sum. ut sal  
 uem te. et etiam dicit dñs. et libera  
 bo te de manu pessimorum. et redima  
 te. de manu fortium.

**E**t factum est uerbum dñi ad me  
 dicens. Non accipies uxorem. et n'c'

tibi filij et filie in loco isto. quia hec dicit  
 dñs sup filios et filias qui generant in lo  
 co isto. et sup matres eorum que genuerit  
 eos. et sup patres eorum de quorum stir  
 pe naq sunt. in terra hac. Mortibus eg  
 tationum morientur. non plangentur  
 et non sepelientur. in sterquilinum sup  
 faciem terre erunt. et gladio et fame  
 consumentur. Et erunt cadauera eoz  
 in escam uolatilibus celi. et bestijs ter  
 re. Hec enim dicit dñs. Ne ingrediaris  
 domum conuiuij. neq; uadas ad plan  
 gendum. neq; consoletis eos. quia ab  
 stuli pacem meam a pto isto. dicit dñs  
 misericordiam et miserationes. et morientur  
 grandes et parui ista. Non sepelientur.  
 neq; plangentur. et non se incidet. neq;  
 caluitium fiet pro eis. et non frangent  
 inter eos lugentia panem ad consolandu  
 sup mortuo. et non dabunt eis potum  
 calicis ad consolandum sup patre suo et  
 matre. Et domum conuiuij non ingred  
 ias. ut sed eas cum eis. et comedas et bi  
 bas. quia hec dicit dñs exercituum ds isrl.  
 Ne estis dñs in diebus istis. et in diebus  
 istis motus dolens. et in diebus istis  
 uocem gaudij. et uocem leticie. uocem  
 sponsi. et uocem sponse. Et cum annu  
 ciaueris pto huic omnia uerba hec. et  
 dixerit tibi. quare locutus est dñs sup  
 nos omne malum grande istud. que  
 est iniquitas nra. et quod peccatu nrm  
 quod peccauimus dño deo nro. dices  
 ad eos. Quia me dereliquerunt patres  
 uestri ait dñs. et abierunt post deos  
 alienos. et seruerunt eis. et adorauerunt  
 eos. et dereliquerunt me. et legem mea  
 non custodierunt. sed et uos peius ope  
 rati estis quam patres uestri. Ecce eni  
 ambulat unusquisq; post prauitate  
 cordis sui mali. ut me non audiat. et  
 eiciam uos de terra hac. in terra quam

Resister dñi dicit  
 octo Saboier dicitur

dicitur



Et alias oues habeo que non sunt ex hoc  
ouili: et illas oportet me adducere. et  
uocem meam audient: et fiet unum ouile:  
et unus pastor. Propterea me pater diligit.  
quia ego pono animam meam: et iterum  
summo eam. Nemo tollit eam a me: sed  
ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo  
ponendi animam meam: et potestatem  
habeo iterum suscitandi eam. Hoc manda-  
tum accepi a patre meo. Offensio iterum  
facta est inter iudeos: propter sermones hos.  
Dicebant autem multi ex ipsis. Demoniu-  
m habet et insanit. Quia eum auditis.  
Alij dicebant. Hec uerba non sunt de-  
monium habentis. Numquid demoniu-  
m nocet cecorum oculos a nate.

4.  
dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo  
dei factus est et non potest solui scriptura:  
quem pater significauit et misit in mu-  
dum. uos dicitis quia blasphemias. quia  
dixi filius dei sum. Si non facio opa patris  
mei: nolite credere michi. Si autem facio:  
et si michi non uultis credere: opibus cre-  
dite. Ut cognoscatis et credatis. quia in  
me est pater: et ego in patre. Queriebant  
ergo eum apprehendere: et exiit de ma-  
nibus eorum. Et abiit iterum trans ior-  
danem. in eum locum ubi erat iohannes  
baptizans primum: et mansit illic.

**E**t multi uenerunt ad eum:  
et dicebant. quia iohannes quidem  
signum fecit nullum. Omnia autem que



fusentem eum. Dixerunt ergo discipuli ej.  
Dñe: si dormit saluus erit. Dixerat autē  
ihc de morte eius: illi autem putauerunt  
quia de dormitione somni diceret. Tunc  
ergo dicit eis ihc manifeste. Lazarus mor-  
tuus est: et gaudeo ppter uos ut credatis  
qm̄ non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit  
ergo thomas qui dicitur didimus: ad con-  
cordiscipulos. Eamus et nos: et moria-  
mur cum illo. Venit itaq; ihc: et inuenit  
eum quattuor dies iam in monumento  
habentem. Erat autem bethania iuxta  
iherosolimam: quasi stadiis quindecim.  
Multi autem ex iudeis uenerant ad ma-  
riam et martham: ut consolarentur eas  
de fratre suo. Martha ergo ut audiuit q̄a

isses hic: non esset mortuus frater meus.  
Ihc ergo uidens eam plorantem. et iude-  
os qui uenerant cum ea plorantes: infre-  
muit spū. et turbauit se ipsum et dicit.  
Vbi posuistis eum? Dicunt ei. Dñe: ueni  
et uide. Et lacrimatus est ihc. Dixerunt  
ergo iudei. Scce quomodo amabat eum.  
Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non po-  
terat hic qui apertit oculos cecis facere. ut et  
hic non moreret? Ihc ergo rursus fremens  
in semetipso: uenit ad monumentum. Erat  
autem spelunca: et lapis sup positus erat  
ej. At ihc. Tollite lapidem. Dicit ei mar-  
tha soror eius qui mortuus fuerat. Dñe  
iam fetet: quatuor uenit enim est. Dicit  
ei ihc. Nonne dixi tibi qm̄ si credideris uide